



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Formula facultatis Visitatoris Generalis in Vrbe, & Dioecesi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

## FORMVLAE VARIAE.

FORMVLÆ FACVLTATVM  
Vicarij Generalis ciuilis & criminalis,  
aliorumque fori Archiepiscopalium offici-  
alium, à nobis hoc loco positæ non  
sunt. Cum enim ex pendeant à iure, at-  
que pro varia personarum, & locorum  
ratione, maiorem interdum, vel minor-  
rem expediat alicui auctoritatem con-  
cedere, nè cuiquam fortasse erroris aut  
dubitacionis occasionem præberemus,  
satius duximus eam omittere. Poterit au-  
tem earum confiendarum ratio optimè  
desumi ex ijs, quæ supra parte secun-  
da Actorum in instructionibus fori, de  
Vicarii tum generali, tum aliorū etiam  
fori officialium ac ministrorum mu-  
neribus & officiis exposta sunt.

Formula facultatis visitatoris generalis  
in Vrbe, & Diœcesi.

  
Arolus &c. Dilecto nobis  
in Christo admodum Re-  
uerendo D.N. salutem &  
benedictionem à Domi-  
no. In pastoralis curæ offi-  
ciis, visitatio in primis à sacro Tridenti-  
no Concilio Paltorum fidei & curæ tan-  
topere commendata, perpetua esse de-  
bet; vt potè qua, & Tridentinorum, pro-  
vincialium, diœcesanorum, omnis ferè  
Canonum disciplinæ executio nititur;  
& quæ præterea superioribus visitatio-  
nibus salutariter iussa sunt, ad vsum pe-  
renni quadam speculationis pastoralis  
solicitudine, inducuntur; & si quæ etiam  
deinceps suborta sunt, nouis egent reme-  
diis, opportunè iis prouidetur, & consu-  
litur. Quamobrem ad id munus tam vti-  
le atq; adeo necessarium perpetuò præ-  
standum, necesse est aliorum comparari  
adiumenta; cum præsertim diœcesis am-  
plitudo eiusmodi est, cuius visitatio vni-  
uersa, per solum ipsum Paltorem breui  
temporis spatio perfici atq; absolui non  
possit. Nos igitur, qui magnam & am-  
plam diœcesim habemus, in eam de libe-  
ratione venimus, Ecclesiasticos aliquot  
homines, spectata probitate, prudentia,  
doctrina, disciplinæque vsu peritos de-  
ligere; quorum aliumento & opera, la-

boribus nostris Archiepiscopalib; ad-  
iuncta, si minus anni spatio, saltet bien-  
nio, diœcesim nostram vniuersam, il-  
liusque partes singulas, ex eiusdem Tri-  
dentini decreto, visitemus. Itaque nos  
de tua in primis pietate, charitate, pru-  
dentia, integritate, experientia confisi;  
sperantesque fore, vt quæ tibi, tuæque  
curæ commiserimus, mandauerimusve,  
ea per te benè agantur, ac gerantur; te  
etiam vnum ex iis quos delegimus, no-  
stra Archiepiscopali auctoritate, omni-  
que meliori ratione, his literis Prae-  
dictum, visitatoremque nostrum declara-  
mus, decernimus, atque constituimus, fa-  
cultatibus tibi, vt infra attributis. Pri-  
mò igitur hoc tuae charitati, prudentie  
& solicitudini delegamus atq; commit-  
timus, vt nostro nomine, nostraque, tum  
ordinaria, tum Apostolica nobis in hoc  
visitandi munere, vel canonum iure, vel  
Pontificiis sanctionibus, vel Tridentini  
Concilii decretis delegata auctoritate,  
Vrbis, & diœcesis nostræ Mediolanen-  
sis visitationem diligenter & accurate  
obeas; nempè Ecclesiæ singulas, non  
modò maiores collegiatas, parochiales;  
tum illas præterea, quæ sine cura sunt;  
Capellas item, Oratoria, Hospitalia  
quævis, Collegia, Confraternitatesve,  
etiam laicales, seu scholas alio quoquis  
nomine nuncupatas, eleemosinas etiam  
Montis pieratis, aliorumque pitorum lo-  
corum, tam virotum, quam mulierum,  
fabricas ecclesiarum, scholas literarias,  
& publicas bibliothecas, & artis im-  
pressoriae officinas; & ecclesiæ item pa-  
rochiales, monasteriis, etiam exemptis,  
vñionis iure adiunctas, & earum item  
sacerdotes, & clericos, quod ad parochia-  
lem curam, sacramentorumque admini-  
strationem, sive regulares, sive sœcula-  
res in illis ipsis monasteriis, ecclesijsve  
curam gerentes, & alios præterea, non  
solum ecclesiasticos homines, sed popu-  
los etiam curæ nostræ commissos, sed u-  
lò planeque visites: & quidquid quauis  
ratione corruptum, seu deformatum ani-  
maduarteris, corrigas, & reformes, &  
ad iuris, decretorumque Tridentini, &  
provincialium, & diœcesanorum Medio-  
lanen. Concilio um, edictorumque, in-  
structionum, & ordinationum quarum-  
cunque

cunque, per nos, & de mandato nostro promulgatarum, præscriptum, normam, formam, & regulam, dirigas, reducas, & reformes; & in omnibus, quæ ad sanctam sacrametorum administrationem, aut cleri, ecclesiasticorumque hominum vitam, & studia, aut ad mores populi, aut ad piarum voluntatum executionem, aut alias ad animarum salutem pertinent, consulas, geras, agas, quæ necessaria, atque oportuna sunt. De criminibus, delictis, atq; excessibus contra reos inquiras, aut si expedire censueris, eorum nomina ad nos, Vicariumve nostrum deferas: crimina perspicua, manifesta, notoriave, de quibus queri, inquirire opus est, liberè corrigas; poenam condignam, pro personarum ratione, proque delicti grauitate, ex Canonum iure, Decreto rum, edictorumve nostrorum præscripto irroges, atque sumas, ac perinde ex auctoritate etiam Apostolica nobis concessa, potestate facultatemque his literis tibi damus citadi, inhibendi, agendi, prosequendi, procedendi, summarie, ac de plano, sine strepitu formaque iudicii, manu regia, sola facti veritate inspecta, etiam nullis seruatis actibus, ac terminis, quos in Archiepiscopali nostro foro seruari, vel instituti, vel moris, stile live est: de omni præterea & quacunque causa extra iudicialiter etiam agere, audire, cognoscere, decidere, licere tibi volumus, & concedimus: causas item contram Vicariis nostris, qui uel in vrbe, vel in diœcesi sunt, præterquam generali, pendentes, in quocunque statu illæ sint, auocandi, reassumendi, ac eosdem inhibendi potestatem damus: itemque contra omnes & singulos, qui quoquis modo deliquerint, prout tibi videtur, agendi, eosdemque ut iudicio personaliter fistant, mulctis, censuris Ecclesiasticis propositis, monen. sique non paruerint, penas, mulctas, censurasque huiusmodi subiisse declaran. rursus illos etiam contumaces, & alios quoscunque, & in his, & in aliis omnibus, quæ vel yniuersè vel speciatim mandauimus, parere recusantes, & eorum quemlibet, tum pro manifesta offensa, tum etiam pro libertatis, ac immunitatis, iurisdictionis Ecclesiastice defensione, & conseruatione, ful

minan: & promulgân. easdemque penas iterum atque iterum grauiores sancien. & irrogan. interdictum Ecclesiasticum apponen. brachium sæculare si opus erit imploran. & vt iuris erit detinen. carcer, coercen. mulctan. absoluere. & omnia denique ac singula agen. geren. statuen. decernen. mandan. & exequen. quæ ad Dei gloriam, ad diuini cultus conferuacionem atque amplificationem, & ad animarum salutem expedire censueris, liberam, integrâ, amplam, atque omnem facultatem, tum nostra ordinaria, tum A apostolica auctoritate nobis concessa & delegata, his literis tibi elargimur, concedimus, ac impartimur; & eos omnes ac alios quoscunque delinquentes subditos, auctoritate etiam à Concilio Tridentino nobis tradita, ab omnibus casibus nobis referuatis, ac quibuscunq; censuris, suspensione, interdicto, etiam generali, à iure, vel ab homine, ex quacunque causa, quæ, & quas nobis referuauimus (exceptis iis, quæ à nobis, & Vicariis nostris vrbanis fulminatae, declaratae, aut infligere fuerint) per te ipsum, seu per alios, imposita penitentia salutari, gratis, etiam in vtroque foro absoluere. liberare. ac relaxare. auctoritatem concedimus: ita tamen, vt facultibus prædictis vti non possis, nisi in actu ipso visitationis, extra ciuitatem, & cum personis & hominibus incolis illius plebis, cuius visitationi tunc incumbis. Iuramentum vero ab omnibus medicis, ac fidei professionem à quibuscumque professoribus, tam publicè, quam priuatim, facultatem artium liberalium exercentibus, ludimagistris, ac concionatoribus, iuxta formam constitutionum pontificiarum, ac Tridentini Concilii, ac decretorum nostrorum prouincialium, & diœcesanorum, recipias; renitentesque omnes ab officio, donec predictum iuramentum, fideique professio nem respectuè præstiterint, suspendas; eos vero qui paruerint, à penis, & censuris absoluere & liberare possis; nec non profitendi, & docendi facultatem dare per bimestre; quo spatio elapo, à nobis impetrant. Ecclesiæ vero, quæ ob vetustatem, vel alias collapsæ sunt, & ob earum inopiam nequeant instaurari,

ri, demolire ad præscriptum Concilio-  
rum, & instructionum nostrarum, ac vi-  
sitationis Apostolicæ in primis, illaque,  
ac illarum materiam in profanos vñsus  
non sordidos, erecta tamen ibi cruce ad  
præscriptum Concilii Tridentini, con-  
uertere tibi facultatem tribuimus: ac in  
beneficiis vacantibus per obitum, vel  
resignationem, etiam in curia, seu ali-  
ter quomodocunque, etiam referuatis,  
vel affectis, si parochiales sint, statim  
habita notitia vacationis Ecclesiæ, ido-  
neum Vicarium, qui onera ipsius Eccle-  
siæ vacantis sustineat, constitutas, Vice-  
curatosque, Capellanos, Confessores,  
vbi opus esse cognoueris, ad bimestre  
duntaxat deputes. Nec non informatio-  
nes assumen, in causis ad sanctum offici-  
um inquisitionis spectantibus, contra-  
que quocunque regulares proceden. vt  
que ad sententiam inclusiue, iuxta for-  
mam facultatis literis Apostolicis no-  
bis datæ, ac in ipsa visitatione extra ci-  
uitatem tantum. De causis etiam spon-  
salariorum inter personas, quarum altera  
saltem illius plbis sit, quam tunc visi-  
tabis, cognoscendi, denunciationesque  
etiam iuxta eiusdem Concilii Tridenti-  
ni dispositionem remitten. potestatem  
facien. quæcunque Ecclesiastica Sacra-  
menta ministrandi, verbum Dei prædi-  
can. corporalia, & paramenta Ecclesiastica  
quæcunque benedicen. Ecclesiæ  
quoque, & cœmeteria polluta, adhibi-  
ta aqua per nos benedicta reconcilian.  
cæteraque omnia in præmissis, & circa  
ea necessaria, seu quomodolibet oppor-  
tuna gerendi, & exequendi, plenam, am-  
plam, atque omnimodam facultatem,   
qua possumus, tam ordinaria, quam Apo-  
stolica nobis delegata auctoritate, teno  
re præsentium tibi damus, concedimus,  
ac impartimur. Mandantes omnibus &  
singulis vicariis nostris, Archipresbyte-  
ris, Archidiaconis, Præpositis, Primice-  
riis, Canonicis, Parochis, Rectoribus  
Ecclesiasticis, Altariumve Capellanis, cle-  
ricis quibuscunque, & cæteris beneficia  
cuiusvis generis Ecclesiastica obtinen-  
tibus, & locorum item piorum curato-  
ribus, Præfectis, atque administratori-  
bus, vniuersitatibus, aliisque item om-  
nibus & singulis, ad quos spectare vlo-

modo potest, vt te visitatorem per nos  
vt supra delectum & constitutum reci-  
piant, tuisque monitionibus, præceptis,  
decretis, ac iussis pareant, pœnis propo-  
situm, etiam pecuniariis, interdicti, su-  
sensionis, & excommunicationis in  
subsidiis, pro contumacia, culpæve gra-  
uitate, arbitrio nostro, vel tuo declaran-  
dis, & irrogandis, ac locis piis applican-  
dis. Magistratibus vero, iudicibus, &  
aliis officialibus curiæ secularis, tam in  
ciuitate, quam in diœcesi, nec non vni-  
uersitatibus, communitatibus, & aliis ad  
quos spectat, in virtute sanctæ obedien-  
tiae præcipimus, & mandamus, vt quo-  
ties à te fuerint requisiti, tibi pro præ-  
missorum executione assistant, omnemque  
fauorem, opem, & auxilium, etiam  
brachii secularis, promptè & efficaciter  
præstant, atque exhibeant. Hanc ve-  
ro visitationis delegationem, cæterasq;  
omnes facultates, his nostris Archiepi-  
scopalibus literis, vel vniuersæ, vel spe-  
cialitatem concessas, per totum hunc annum  
tibi suffragari volumus. In quorum si-  
dem &c. Dat. &c.

Formula facultatis visitatoris in aliqua  
vrbis, aut diœcesis regione  
seu parte.

C Arolus &c. Dilecto nobis in Chri-  
sto Reueren. D.N.Sacerdoti Medio-  
lanen. &c. salutem & benedictionem à  
Domino. Sacrorum Canonum, ac Tri-  
dentinæ sanctionis auctoritate, & pasto-  
ralis eure ratione excitati, superioribus  
annis, visitandi munus in vrbe, & diœce-  
si aggressi, quo debemus charitatis stu-  
dio, non potuimus longius in eo progre-  
di, aliis legitimis, grauissimisque occu-  
pationibus impediti, quæ Archiepisco-  
palem nostram vigilantiâ depositabant.  
Porro animaduertimus præterea, non  
posse per nos ipsos solum vrbis ac diœ-  
cesis nostræ totius, quæ longè lateque pa-  
tet, visitationem ad constitutum biennij  
tempus ex Tridentino præscripto pla-  
nè absolu. Itaque in eam deliberatio-  
nem venimus, vt, quod diligentius &  
visitationem vniuersam absoluamus, & in  
executionis vsum perpetuò salutaria de-  
creta inducamus, Ecclesiasticos aliquot  
homini-

